

COMMENTARIORVM  
variarumque resolutionum Iuris Ciuilis  
communis & Regij, Tomus Primus.

DE TESTAMENTIS.

AVTORE PRAECLARO VIRO ANTONIO

Gomezio In Academia Salmantina Iuris Ciuilis Professore.

Ad Illustriſſimum & Magnificentiſſimum D. D. Joannem Telles Giran Comitem

de Krueſa. D. Offanz, Maron, Archidone

Ex Tertii Authoris recognitione.



Es del Colegio de  
Angeles de  
Salamanca.

SALMANTICAE,  
In ædibus Dominici à Portonarijs, C. M. Typógraphi.  
M. D. L. X. X.

CVM PRIVILEGIO.

Esta taſado en tres Maravedis el pliego.

*Doct. D. D. ...*

ILLVSTRISSIMO AC

MAGNIFICENTISSIMO DO-

mino domino Ioanni Telles Giron Comiti de Vrueña

D. Ossunæ, &amp;c. Sacræ Cæsareæ Maiestatis Cubi-

culario Maximo, Antonius Gomezius Iu-

ris Ciuilis professor Salman-

tinus, Salutem

Dicit:



VOD FACERE SO-

lent (Comes Inclyte) qui immen-

sa maria, atq; terrarum spatia con-

fecerunt, variaque rerum discrimi-

na subierunt: vt vel ea libenter nar-

rent, tanquã ille Homericus Vlyf-

ses: vel summo cum fructu sæpenu-

merò monumentis tradant: quò

cæteri, qui aliquando in eadem pericula inciderint, aut le-

uiùs ferant, aut faciliùs præcaueant, id mihi in hoc immen-

so Iuris ciuilis pelago meritò facièdum putauì. Cùm enim

(vt inquit diuinus ille Plato) *Ἐπι μὲνός τε καὶ πάρος, καὶ πρὶ ἀλλῶν**πρωτόνων ἀπάντων τιμωτέρου παρὶς ἔστι, καὶ σεμνότερον, ἢ ἀγιώτερον.* eum sem-

per ex studijs meis fructum concupiui, qui mihi labori, alijs

utilitati quàm maximè effet. Atque etiam ingratus (ne di-

cam iniquus) fortassè videri possit, qui lucubrationes suas

sibi soli &amp; prodesse &amp; perire velit. Præterea cùm iam con-

fectum ætatis meę spatium, cùm in scholis, tum in iudicijs

animaduertèrem, multa que &amp; legendo, &amp; longo rerum

ysu, vel à veteribus obscure tradita, vel sæpiùs omissa, vel

etiam noua colligerem, operepretium me facturum puta-

ui, si tanquam *Ἀξιμας βῆς* diurno que labore fractus, cete-

ros quasi ex specula quadam admonerem, viam que ad por-

tum studiorum optatum præmōstrarem. Quam equidem

operam, atque senescentis ætatis fructus, an tibi dicarem,

De testam.

A 2

come



Commentariorum, variarumque Resolu-  
tionum Iuris Ciuilis, Communis, & Regij  
Tomus Primus.

DE TESTAMENTIS.

PROOEMIUM.



COGITANTI MIHI, QVOD PRAECLA-  
rè dicebat ille medicorum faciliè princeps Hippocrates, homi-  
nis breuem esse vitam, artem longam, experientiam periculo-  
sam: id in nostra iuris prudentia verissimè quoq; vsorari posse  
videtur. Tanta est enim librorum, qui in ea scripti sunt, moles &  
vastitas: vt vix triplex hominum aetas eos percurrèdo (ne dicam  
legendo atque cogitando) possit sufficere: scientia verò adeò longa est: tot nouis  
passim emergentibus negotijs, dubijs, contrarijs hominum opinionibus in toto  
Iuris Ciuilis corpore dispersis, vt cum ad metam peruenisse putes, te in medio cur-  
su defecisse, longumque iter tibi adhuc conficiendum sentias. Experientia deniq;  
cum & dubia sit & pro consuetudine locorum diuersa, atque saepenumèro ab ipso  
ciuilis prudentiae fonte exorbitans, tot praesertim antiquis legibus abrogatis, tot  
nouis Regum & principum cõstitutionibus, tot ciuitatum enascentibus consuetu-  
dinibus, nihil ferè certum quod sequaris inuenias: & cum vnum quid didiceris, aliud  
quoque addiscendum & experiendum esse animaduertas. Atque (vt verum dicam)  
ea cogitatio me maiora scribere ingressum saepenumèro reuocauit: ne dum lucè  
dare rebus cogito, etiam tenebras nouis meditationibus afferam: atque vt est in  
proverbio *Ἐργὸν αὐτὸς ἀπὸ τῆς ἀπῆρας*. Opus itaque excogitavi, quo breuiter, clarè, diluci-  
dèque, omnia quae hodie in iudicijs & practica versantur, ex vtroque iure, & do-  
ctorum disputationibus contrarijsque sententijs traderem. Cum enim in cæteris  
omnibus rebus, omnis perspicuitatis principium sit ordo: eum sequuti sumus, in  
quo maximè gloriari possumus. Nam totum ius ciuile cum tripartitum sit, no-  
stros quoque Commentarios in tres Tomos secimus. Primum autem de Testa-  
mentis cæterisque quae ad testantium vltimas voluntates spectant, fecimus: secun-  
dum de Contractibus atque alijs conventionibus, quae quotidie inter homines  
tractari solent. Tertium denique de Delictis eorumque diuersis pœnis subsequi  
voluimus. Quem ordinem etiam auctiorem fecimus per singula capita, atque ita  
prosequuti sumus in omnibus diuisionum membris: vt admirabili quadam facilita-  
te totius Iuris Ciuilis ideam quandam, & in omnibus sese offerentibus negotijs,  
velut quoddam penam semper ob oculos habeas. Primum igitur de hæreditatibus,  
quae ab intestato deferuntur, sermonem instituiimus: cum enim circa huiusmodi  
successiones propter rupta, irrita, vel non confecta testamenta magnas odiosasq;  
lites passim exoriri videamus, ordinis suscepi rationem ita me seruare posse pota-  
ui: si ab eis, exordium dicendi facerem. Ea enim tantum in cæteris libris prosequi  
decreui, quae hodie in iudicijs agitari & dubitari solent.

COMMENTARIORVM  
variarumque resolutionum Iuris ci-  
uilis, communis & Regij To-  
mus Secundus.

DE CONTRACTIBVS.

*AVTORE PRAECLARO VIRO ANTONIO GO-  
mezio, In Academia Salmantina Iuris Ciuilis professore.*



Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,  
In aedibus Dominici à Portonarijs, C. M. Typógraphi.  
M. D. LXIX.



Commentariorum, variarumque Resolutionum Iuris Ciuilis, Communis, & Regij Tomus Secundus.

DE CONTRACTIBVS.

PROOEMIUM.



ABSOLVTIS IIS QVAE PERTINENT ad vltimas testantium voluntates, ordinis ratio postulat, vt ad secundam Iuris Ciuilis partem, quam de Contractibus esse volumus, accingamur. Cuius tractatio eò mihi iucundior fuit clariorique luce & compositiori ordine indigere visa est, quòd apud omnes ferme Gentes & populos circa contractus molestas odiosasque passim lites exoriri viderem Potissimam verò operam dedi, quò facilior & clarior nostra de Contractibus procederet oratio, vt quod multorum opinionibus esset inuolutum, explicarem: quod varietate obscurum, clarum redderem: quod multis Iuriscultorum responsis exuberans, varietateque diffusum, ordine tractarem: quod multorum hominum tumultuosis disputationibus, & molestis clamoribus obturbatum, sedarem: totam denique hanc materiam sic temperarem, vt etiam iuuenes per immensos spinososque Iuris Ciuilis campos spaciari nunc tandem summa cum voluptate & fructu possint. Hac enim tempestate eò venit multorum, qui de Iure Ciuili scripserant, cum temeritas, tum impudentia: vt verè nunc demù dicere possimus, quod est apud Euripidè in Hippolyto.

Νῦν δ' ἐπιθροισι παραμάσι τ' ἀλυσέσασα κλειώτισιν, ἀσεμὴ δὲ κείνῳ χεῖρ ἴσο κείνῳ.

Adde etiam, quòd huiusmodi indigesta scriptorum moles, passimque Doctorum opiniones per varios anfractus & titulos dispersæ, studiosam Legum iouentutem ab honesto instituto auertunt, atque etiam constanter in adyta Iurisprudentiæ ingressam in obscuras præcipitant tenebras, in contrarias sententias trahunt, in turbulentos errores conijciunt: denique in desperationem plerumque adducunt. Nos igitur hanc totam de Contractibus tractationem quindecim Capitibus breuissimis & facillimis absolimus: ita, vt ad titulum. ff. de verborum obligatio. totus accedere, totamque eam materiam facili methodo intelligere possis. Cum autem hominum causa (vt præclare docet Hermogenianus in. l. 2. ff. de statu homi.) Ius omne sit constitutum, primò de personis, quæ possunt contrahere, vel non: ac post de cæteris, his proximis, atque coniunctis applicantes titulos, vt res pantur, dicemus.

De contract. A

# DE PERSONIS QUAE

possunt contrahere  
vel non.

## CAPVT PRIMVM.

### SUMMARIVM.

- 1 Princeps an possit contrahere cū subditis.
- 2 An filius familias possit contrahere.
- 3 An seruus possit contrahere.



**I**sta est subtilis & quotidiana materia omnium contractuum quam resolutiue ponunt in l. prima. ff. de verbo. obligatio. pro cuius perfecta introductione & declaratione eā

diuido in quatuor partes. In quarum prima tractabo, quae personae possint contrahere vel nō, quae in quolibet actu vel negotio, in primis quae tendant ad de persona. vt in l. si queramus. ff. de testam. In secunda, quae sint genera contractuum. In tertia, quae sunt qualitates eorum. In quarta, quibus modis tollatur & extinguatur contractus, virtus & effectus eius. Quo ad primam igitur dico, quod regulariter omnis persona potest contrahere nisi lege reperiatur prohibita. text. est formalis & expressus in l. si cur ab initio. C. de actioni. & oblig. & ibi gloss. ord. & comu. Docto.

Ex qua regula inferitur, quod princeps, Imperator, dux, comes, vel quilibet alius dominus temporalis, potest contrahere cum subditis suis, & inter eos oritur efficax actio & obligatio ex omni contractu. text. est in l. Caesar. ff. de publica. & vetti. & in futurum hoc est verum, vt procedat & habeat locum etiam si princeps vel Imperator vendat rem penitus alienam, quae potest prauidicare domino, & nō habet actionem contra possessorem, sed contra principem & fiscum eius, intra quadriennium. text. est in l. bene à Zenone. C. de quadri. praedicta. in §. fina. l. i. ff. de vfuca. & vtrouque comm. Docto. item etiam licet actus vel contractus cum alio non valeat: cum eo tamen sic quia videtur dispensare. text. est capitalis & expressus in l. si

C. de dona. inter vir. & vxor. vbi habetur, quod licet donatio inter maritum & vxorem non valeat tamen illud est verum inter priuatas personas: secus tamē est inter regias personas. text. in l. cum multa. C. de bon. quaē libe. vbi disponitur quod quando Rex, vel princeps donat aliqua bona filiofamilias alicuius priuatae personae, non queritur patri vsusfructus eius: ex quibus infert Bald. in l. princeps. ff. de legibus. secūda lectura. quod talis Rex vel princeps potest instituire filium spurium: & videtur cum eo dispensare. sed pulchrum & subtile dubium est, an talis Rex vel princeps obligetur ex tali contractu naturaliter & civiliter vel naturaliter tantum. & breuiter & resolutiue magis communis opinio est, quod obligetur tantum naturaliter non autem civiliter, & quod illa naturalis obligatio sola sit efficax ad agendum. ita probat text. in c. i. extra. de probat. & ibi tenet Anto. Abbas, Imola. & alij Doct. & istam dicit magis communem opi. Philippus Deci, vbi & confirmatur ratione: quia cum obligatio civilis immediate pronuntiat & oritur à iure in se civili vt in §. primo. In si. de obliga. & Rex vel princeps non subijciatur legibus. vt in l. princeps. ff. de legibus. ergo non obligetur civiliter: sed tantum naturaliter: & illa sola naturalis obligatio sit efficax ad agendum, sed his nō obstantibus ego teneo contrariam sententiā. imō quod Rex princeps, vel Imperator obligetur in contractibus tam civiliter quam naturaliter vera & inconuincibili ratione, quia licet sit solus legibus, tamen in dubio contrahendo cum subditis videtur se submittere legum dispositionibus. vt in l. princeps. ff. de legibus. text. in l. est receptum. ff. de iurif. omni. iud. text. in §. g. In si. quib' mo. testa. in iur. text. in l. bene à Zenone. §. i. C. de quadri. praedicta. text. not. & expre. in l. i. §. si. ff. de offic. procu. C. de vbi habet quod per aditionem hereditatis princeps efficaciter obligatur. & in terminis istam sententiā & conclusionem contra communem tenet Bald. in l. princeps. ff. de legibus. Aretinus in dicto. c. i. de proba. & ante eos tenet Alberi. in l. i. ff. de offi.

pro-



mus aliquid immutatum. & istam rationem sentit subtiliter Bald. in. l. ea. l. C. de condi. ob causam. prima columna. idem Bal. in. l. prima. C. de vsucapio. pro donato ubi dicit quòd in acquisitione dominij etiam hodie requiritur traditio, quia principia naturalia non debent nec possunt in totum remoueri ab actibus hominum. ergo hodie bene sufficit illa et nuda & simplex traditio & detentatio sine aliqua pos-

sessione sicut de iure naturali. ex qua communi sententia & ratione infero vnum nouum & subtile, quòd si mediante titulo tradatur res & similiter plena possessio eius dominium quaeritur ex titulo & nuda simplici traditione & detentatione non vero ex ipsa possessione. & in terminis ita tenet Petrus de Bella Pertica in l. licet. C. de acquirenda possessione. reputans subtile & singulare ad multa.

F I N I S.

S A L M A N T I C A E,

In ædibus Dominici à Portonarijs, Typógraphi Regij.

M. D. L X I X.

COMMENTARIORVM  
variarúmque resolutionum Iuris ci-  
uilis, communis & Regij Tomus  
Tertius & vltimus.

DE DELICTIS.

*AVTORE PRAECLARO VIRO ANTONIO GO-  
mezio, In Academia Salmantina Iuris Ciuilis professore.*



Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,  
In ædibus Dominici à Portonarijs, C. M. Typógraphi.  
M. D. LXIX.



# Commentariorum, variarumque Reso-

lutionum Iuris Ciuilis, Communis, & Regis,

Tomus tertius & vltimus.

## DE DELICTIS.

PRO O E M I V M.



**H**CTENVS QVAE AD TESTAMENTORUM CONTRACTUUMQUE; FORMAM PERTINENT, SATIS SUPERQUE; TRACTASSE MIHI VIDEOR: HOC NUNC RELIQUI EST, VT ORDINIS SUSCEPTI MEMORES TERTIAM IURIS CIUILIS PARTE, EAMQUE; MEO IUDICIO POTISSIMAM, QUAM DE DELICTIS FECIMUS, AGGREDIAMUR. CUIUS TRACTATIO EOD MIHI DIGNIOR VISA EST, IN QUAE OMNES NERUOS INTENDEREM, ATQUE; (QUEMADMODUM IN EXTREMO ACTU COMICI SOLENT) MAIORI CUM FRUCTU AC VOLUNTATE AD FINEM SUUM PERDUCEREM: QUAE HEC IUSTITIAE PARS, NON SOLUM INTER NOSTROS, VERUM ETIAM INTER BARBAROS & CETEROS, QUI MORIBUS REGUNTUR, HOMINES, TANTAM VIM HABEAT, VT BONIS PREMIA, CONTRA VERUM MALIS SUPPLICIA PROPOSITA ESSE VIDEAMUS. HONOR ENIM & SUPPLICIUM (VT DICEBAT THEOPHRASTUS) FIDELISSIMI SUNT RERUM PUBLICARUM, OMNISQUE; HUMANAE SOCIETATIS CUSTODES: ATQUE; OB EAM CAUSAM, POENAM AC BENEFICIUM ASSYRIOS PRO DIIS COLUISSE SOLITOS ARBITROR, QUAE MALEFACTORUM VINDICTA, HOMINES AD BENEHONESTEQUE; VIUENDUM PROMPTIORES EUADERE, IMPUNITATIS VERUM SPE MORTALIUM ANIMOS CRIMINIBUS INUITARI CERNERENT. EFFECIT IGITUR CUM DIUTURNUS ATQUE; IMPROBUS LABOR, QUE IAM A PRIMIS ADOLESCENTIAE ANNIS IURI DICENDO INSUMPSIMUS, TUM FREQUENS & ASSIDUA IN IUDICIIS EXERCITATIO, VT CONFIDENTIUS & VT SPERO, PARI CUM UTILITATE HUNC TRACTATUM ABSOLUEREM: IN QUO, PRATER ANTIQUAS IURISCONSULTORUM CONTRARIASQUE; SENTENTIAS QUAS COMPOSUIMUS, IURIS VTRIUSQUE; DECISIONES, QUE VARIETATE DIFFUSEQUE; CIRCA CRIMINA AGITARI SOLENT, SIC IN VNUM COEGIMUS AC TEMPERAUIMUS, VT & VETERUM LEGUM SANCTIONIBUS, & CONSUETUDINIS IURE (SUAS ENIM QUAEQUE; RESPUBLICA VARIASQUE; POENARUM FORMAS PRO SAPIENTUM VIRORUM ARBITRIO SIBI CONSTITUIT) VTI POSSIS. PRIMUM IGITUR DE DELICTIS IN GENERE, CETERAS DEINDE APPLICANTES CRIMINUM SPECIES, CONSTITUTAQUE; ILLIS IURE SUPPLICIA DICEMUS.

- 78. Reus delinquens an & quando post mortem possit accusari & puniri.
- 79. In atrocissimis delictis an cadaver delinquentis suspendatur.
- 80. Casus in quibus mortuo reo delinquente delictum non extinguitur.
- 81. In casibus in quibus reus possit accusari post mortem debet intelligi infra quinquennium.
- 82. Post mortem delinquentis sententia contra eum lata transit contra heredes quo ad bona.
- 83. An heres delinquentis possit petere post eius mortem, vel declaretur per iudicem delictum non esse commissum.
- 84. In delictis priuatis an extinguatur pena & accusatio post mortem.
- 85. Post mortem accusatoris & sic eius qui passus est delictum, an extinguatur delictum vel transeat ad heredes.
- 86. Accusatore defuncto an alius vel iudex ex officio possit proseguere accusationem.
- 87. In delictis an & quando habeat locum remissio.
- 88. Quando plures commiserunt delictum, an sententia lata in vno prosit vel nocet alteri.
- 89. In delictis connexis sententia lata in persona vnius, prodest socijs: nō vero nocet.
- 90. Sententia contra delinquentē an nocet ei, ad quē pena peruenit in cōsequentiā.

captis & incarceratis adiuuādo, & in eorū defensione practicando. Pro cuius introductione & perfecta declaratione materix, dico, q̄ aliqua sunt delicta publica: aliqua sunt delicta priuata. Publica sunt illa, in quibus accusatio pertinet cuiilibet de populo. Quod declaro proponēdo, aliquas regulas generales. Prima regula sit, q̄ omne delictū, quod principaliter respicit offensam Dei, dicitur publicum, & in eo quilibet de populo potest accusare, cuius ratio potest esse duplex. Prima quia illud quod fit in offensam Dei dicitur fieri in omnium iniuriā. Secūda, q̄ si quilibet de populo non posset accusare, tale delictū remaneret impunitū: ex quo nulla priuata persona est offensa. Ita probat tex. in l. 4. C. de hereticis. & ibi Iaco. Butri, Odo. Cinus, Bal. Sali. probat etiā tex. in l. q̄ d. senatus. ff. de iniurijs. & in expresso istam sentent. & conclu. tenet Bart. in ista. l. 1. de publi. iudi. 2. col. Imo. si. col. & cō alij dē. Bal. in l. reos. C. de accusa. 4. col. Anania in c. 2. de maledicis. 14. co. Ang. de Arc. in. §. 1. inst. de pu. in. si. col. Ex quo infero declarationem ad pragmaticam primā huius regni. lib. prag. quæ punit blasphemios: vt accusatio competat cuiilibet de populo, quæ lege noua & pragmatica cauetur, q̄ blasphemus puniatur p̄ prima vice, vt sit captus & detentus in vinculis per mensem: pro secūda in pœna exilij p̄ sex mēses, & mille dipondiorum: & pro tertia publicē figatur sibi lingua, nisi sit persona polita in aliqua dignitate, vel qualitate: quia tūc pœna secūda duplicat. vt habetur in dicta 3 pragmatica. circa q̄ se offert notabile dubium de quo saepe in isto regno dubitat, si iste mensis in quo blasphemus debet esse captus & detentus in vinculis, debeat esse cōtinuus vel sufficiat q̄ sit interpolatus, & videt q̄ sufficiat, q̄ sit interpolatus. Primo arg. tex. singularis in l. Pau. §. si. ff. de liberali causa. vbi habet: q̄ si dominus iussit & disposuit, q̄ seruus sit libet si seruiat titio p̄ triennium, & medio tēpore subigit, & post reuersionem cōpleuerit illud triennium: ceterū impleta conditio, & erit liber. & ibi notat & cōmē. gl. or. Rayne, & illū reputat sing. & vnicū Roman. in l. h. §. quotiens. ff. de publi. & vecti. & in terminis i. nostre. q̄ p̄ ista opinione illū tex. summe notat & cōmendat l. iso. in l. si idē cū eo. ff. de iuris. omni. in. 2. col. in si. Secūdo p̄ hāc sentē. & cōclu. facit text. iuncta. g. or. in. l. 1. C. si mācipiū ita fuit alien. vt manu. vbi probatur q̄ regulariter tempus appositū in aliquo actu, vel dispositionē non requiritur pro forma q̄ sit cōtinuus, sed sufficit esse

Diuisio generalis delictorū.

Delicta publica quæ dicantur.

1. Regula.

Blasphemi pœna.

Dubium.

Proposio.



Vpra visum est de materia vltimarū voluntatū, & similiter de materia cōtractuum, nunc restat videre de materia delictorum, quam resolutiue pono in ista. l. prima. ff. de publi. in. quæ erit valde utilis & necessaria in nostro regno & republica, quia de iure communi non reperitur sic collecta, & ordinata. Et quodlibet delictum, eius penam & materiam magistraliter resoluam tam de iure communi, quam regio. in quā maxime insidat p̄ plures annos tā eā legēdo quā et pauperib.



Cadaver reus condemnatus & iam suspensus antequam  
 puniri an sepeliatur possit tradi medicis & chirurgicis  
 possit da- ad anotomyam faciendam. & certè iure noia  
 ri chirur- reperitur sed Barto. tangit hoc in .l. fin. ff. de  
 gis ad ana cada puni. & relinquit indecisum. similiter  
 tomiam. etiam tangit Anania in capi. secundo. de fur  
 tis. prima colum. in fine. & relinquit cogitan  
 dum. Sed ego tenco quòd possit tradi. a. quia  
 quãdo aliquid omnibus prodest in commu  
 ni. præfertur vtilitati priuatę. tex. est in .l. vni  
 ca. §. fin. C. de cadu. tollē. secũdo & in specie

facit text. in .l. q. reipublicę. ff. de iniurijs. vbi  
 habetur q. iudex nõ facit iniuriam, si aliquid  
 facit intuitu reipublicę licet tendat in contu  
 meliam alicuius priuati. & in expresso isto  
 fundamento & consideratione istam sent. &  
 cõ. tenet Phi. Decius in .l. imperium. ff. de iu  
 ris. omni. iudi. 3. column. nume. 17. & nostris  
 temporibus anno præterito. 1550. Imperator  
 noster & eius regale consilium misit Salmã  
 ticę vt Vniuersitas nostra daret in hoc con  
 silium an liceret vel non. & respon. q. sic.

F I N I S.

SALMANTICAE

In ædibus Dominici à Portonarijs, Catho  
 licæ Maieftatis Typógraphi.

M. D. LXIX.